

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Taciturnitas o cum fonte primo

Pictagoras hanc in studiis suis
consuetudinem seruasse legitur ut usque
ad septennium iuxta numerum

septem liberalium arcium nullus
discipulorum suorum de hiis que
ab ipso discebantur rationem poscere
auderet, sed fidem dare uerbis magistri
quousque omnia audiisset.

Scolares uero nostri aut nolunt aut
nesciunt modum congruum in discendo
seruare, et idcirco multos studentes
paucos sapientes inuenimus.

Hugo in didascalicon libro III.

Pythagoras quoque hanc in studiis suis
consuetudinem seruasse legitur, ut usque
ad septennium, secundum numerum
videlicet

septem liberalium artium, nullus
discipulorum suorum de his quae
ab ipso dicebantur rationem poscere
auderet, sed fidem dare uerbis magistri
quousque omnia audivisset,

sicque iam per semetipsum rationem
eorum posset inuenire. has septem tanto
studio quidam didicisse leguntur, ut
plane omnes ita in memoria tenerent, ut,
quascunque scripturas deinde ad manum
sumpsissent, quascumque quaestiones
soluendas aut comprobandas
proposuissent, ex his regulas et rationes
ad definiendum id de quo ambigeretur
folia librorum revolvendo non
quaerent, sed statim singula corde
parata haberent. hinc profecto accidit tot
eo tempore fuisse sapientes ut plura ipsi
scriberent quam nos legere possimus.

scholares uero nostri aut nolunt aut
nesciunt modum congruum in discendo
seruare, et idcirco multos studentes,
paucos sapientes inuenimus.

Hugo de sancto Victore, *Didascalicon de
studio legendi*, 3, 3 (C.H. Buttimer ed.,
p.53, ll.10-25).